



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

Vita B. Brvnonis Archiepiscopi Coloniensis: Ex ea quæ est per Rothgerum
Benedictinum. Exceßit ex humanis Anno Christi 965. Benedicti 5. Papæ 1.
Ottonis verò Imp. 4.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42787

non sine ingenti miraculo, ad villam contendit, ibique substitit. Fuit tum beati viri corpus cum multa reuerentia in eius ecclesia humatum, ubi annis quadraginta quieuit. Postquam verò monasterium, quod ibi adhuc cernitur, constructum est, fuit in illo honorificè repositum: ubi multis admodum clarum miraculis in hodiernum vsque diem refulget,

*Translatio
S. corporis
eius miraculis
celebris.*

VITA B. BRVNONIS ARCHIEPISCOPI
Coloniensis: Ex ea quæ est per
Benedictinum. Excessit ex humanis Anno
Christi 965. Benedicti 5. Papæ 1. Ottonis verò
Imp. 4.

** Rotgerum
& Rogeriū.
Vide Tom.
10. Annal.
C. Baron.*

HOMO homini quantum præstet, nuper à pluribus in venerabili Coloniensis Ecclesiæ Archiepiscopo Brunone compertum est, Is enim cum quatuor admodum annorum puer literarum studijs imbuendus Baldrico Traiectensi Episcopo missus esset, inuisa Nortmannorum tyrannis, quasi per huiusmodi obsidem non nihil refrugit, & ecclesiæ demum, cæteraque ædificia, quorum ruinae vix extiterant, hac occasione restauratae sunt, Itaque cum bonæ indolis puer ingenio sagaci Traiecti eximie proficeret, per ipsum, licet adhuc inscium, iam Christianus populus ab hostibus liber in Dei laudibus exultabat.

ii. Octob.

*A quo in
pueritia in-
stitutus.*

Postquam verò pater eius Héricus Rex gloriosus, fundato & ad vnguem pacato Imperio, reb. concessit humanis, & Ottho filius eius natu maior, magna voluntate & consensu principum, regni

*Héricus Rex
eius pater.*

*Quo tempore
floruerit S.
Bruno obser-
ua hic.*

*Insignis eius
eruditio,
pietas & e-
loquencia.*

*Temporis
summam ha-
bet rationē.*

*Prudentia e-
ius.*

*Tremendum
tempus di-
xit auctor.*

regni gubernacula suscepit, anno Incarnati
Verbi nongentesimo tricesimo septimo, ger-
manum suum Brunonem Deo dicatum adhuc
adolescensculum è scholis honorabiliter, vt par-
erat, in regiam euocauit, vbi artium liberalium
disciplinas exactissime complexus est: ita ta-
men die nocteque studijs intentus, vt millies
tamen per dies calamitosus patrocinari, affli-
ctis consulere, opemque ferre miseris cogere-
tur. Quæ omnia ita administrabat, vt præcipua
eruditionis laude celebris refugium egenis o-
mnibus factus videretur. Lucubrationibus in-
ueniendis intentissimus, in diuinis quæcunque
sunt honestissima, accuratissimus fuit. Latiæl
eloquentiam non in se solum, vbi excelluit,
sed & in multis alijs politam reddidit & illu-
strem. Nullo autem hoc supercilio, sed tum
domestico lepore, tum vrbana grauitate age-
bat. Temporis, rei omnium preciosissimæ, sum-
mus estimator, matutinum antè omnia crepus-
culum, nullo vendebat pretio. Quocunque re-
galia circumagebantur castra, suâ ipse biblio-
thecam, sicut arcam Dominicam circumduce-
bat, quouis tempore & loco sapientiæ & sci-
entiæ incrementa captans. Rumores vulgi pro
nihilò ducens, non ea quæ ante pedes modò,
sed quæ futura erant sagaci mentis iudicio at-
tendebat. Hinc cum inter fratrem suum Hen-
ricum, & Cunonem in affinitatem regiam as-
sumptum, nimiam colloquij familiaritatem,
& maximè Missarum tempore, cerneret; præ-
sago spiritu fertur dixisse: O, in quantam ini-
micitiarum amaritudinem ista in hoc tempo-
re tremendo malè parta contubernia resol-
uentur

uentur. Euentus rei, non multo post dictis fi-
dem fecit.

Prima dispensatio credita est illi adhuc ado-
lescenti in quibusdam monasterijs, in quibus
fluxos multorum mores sanctiore disciplina
restrinxit: ipsaque post paululum Deo sacra-
ta loca, annuente regia liberalitate, priuilegijs
& immunitatibus pristinis reformauit: in qui-
bus exstat Loresham, locus Regum munificen-
tia nobilis, & tanta viri memoria etiamnum
celebris. Deinde vero cum de virtute in virtu-
tem gigantæis, vt ita dicam, passibus iret, &
Vvicfridus Colonienfis ecclesiæ pastor è vita
excederet, Bruno licet iuuenili corpore, mori-
bus tamen maturus, ad illud dignitatis fastigiũ
à Clero populoque communibus fuit euectus
suffragijs. Quo gradu in Ecclesia Dei sublima-
tus, antè omnia de religionis & diuini cultus
profectu sollicitus, instituit, vt morum inæ-
qualitas, vestium superfluitas & quidquid de-
nique effoeminatum aut indecens in eius Ec-
clesia videbatur, spiritali circuncisione ab-
scinderetur; quò sic demum distracti studia in
contraria multorum animi, vitæ morumque si-
militudine vnirentur.

Eodem tempore Imperio quoque multis se-
ditionibus & bellorum tempestatibus miserè
agitato, apud Lotharicos regni negocia susci-
pere est coactus: quæ pro eximia sua prudentia
ac mansuetudine ita composuit, vt absq; bello
& humana pernicie, maxima sæpè pericula se-
darentur. Hæc autem omnia tanta animi sui
tranquillitate peragebat, vt & frequenter de
maximis quibusque rebus, quasi curarum
instan-

*historie cum
sit Missa-
crificium, si-
cut & Chry-
sostomus &
alij Patres.*

*Monasteriũ
Loresham.*

*Eligitur
Bruno in Co-
loniensem
archiepisco-
pum.*

*Compscit
bellorum
tumultus
sua prudentia.*

*Animus e-
gregiè com-
positus.*

instantium nescius, disputaret. Porro inconstantes & temerarios aduersariorum motus ita redarguebat, vt quos nulla vnquam acies, nulla asperitas inflectere potuerat, huius viri pietas imbelles timidosque redderet. Consilio namque & bonorum hominum fortitudine, nõ fauitia, armatus, hostiles acies non ad perniciẽ, sed ad salutem perducebat.

Interim meliorum ardens æmulator charismatum Bruno, vt Sedis suæ dignitatem Romanæ & Apostolicæ benedictionis priuilegio muniret, Hadamarum Fuldenfis monasterij Abbatem, Romam ad Agapetum Papam direxit legatum: qui pio Pastori non pallium modo sacrum, sed & sacratissimas S. Pantaleonis attulit reliquias: quas sanctus Antistes venerabundus magno cum gaudio excipiens, in suburbio, vbi ecclesia eidem Martyri sacra, sed inculta & ruinæ proxima erat deposuit: locumque Deo sacratum & ab vrbane in quietudinis molestia remotum, religiosis fratribus monastica disciplina ornatissimis, instruxit: ijsdemque Abbatem Christianum nomine præfecit; qui eam sacri muneris dignitatem ex præscripto eiusdem Præsulis cum laude administravit.

Cæterum Sanctissimus Præsul licet omni pompa circumfluus, in medijs ciuiliũ negotiorũ occupationibus assiduo versaretur, mente tamen & cogitatione, religioni & lectiõni ita assiduo intentus erat, vt nihil aliud quam corporis sui dissolutionem ac cæleste regnum desiderare videbatur. Hinc continui ferè lachrymarum riuuli ab oculis manantes, hinc assidua

*Recipit à
summo Pontifice pallium
& reliquias
S. Pantaleonis.*

*Restaurat
collapsum
planè monasterium S.
Pantaleonis.*

*En pium pe-
ctus tanti
viri.*

assidua suspiria, hinc furtivæ orationes & singultus in ipso etiam lecto clariùs perstrepen-
tes: quæ omnia, quanto ardore ad cælestē illam patriam aspiraret, satis utique superq; testabatur. Inter conuiuas frequenter lætissimos lætior ipse, in summa cibi potusq; parcitate, cælestibus se epulis reficiebat. Apud mites & humiles nemo illo humilior, apud elatos & improbos nemo vehementior fuit.

Multa cõdis.

Multis in locis sacra cælestis philosophiæ domicilia, quædam à fundamentis erexit, quædam verò prius fundata auxit & amplificauit; quædam verustate collapsa dirutaq; reparauit: eaque sanctorum corporibus atque reliquijs vndecunq; collectis egregie exornauit. Iam verò in prædicatione verbi Dei & in subtilitate disputationum de sinceritate scripturarum, qualis quantum fuerit quis enarrare sufficiat? Pastor liquidè sollicitus & verè dux populi Dei salutem omnium & vtilitatem quærebat: & quos ipse in via Dei duxit & docuit, nè à peruersis seduceretur, & in errorem mitteretur strenuè decertabat. Sed hisce tam præclaris summæ pietatis ac religionis studijs ardenter intentum, mors, ut videtur, immatura præoccupauit. Vix annum ætatis sue 40. excefferat, cum, expleto in Episcopali munere anno vndecimo *Cõpendium adire cogitur; ut ibidem dissidentes ab inuicem nepotes suos ad veram animorum concordiam reuocaret. Eo pietatis officio occupatus, in Rhemensi ciuitate graui capitis egritudine cõflictari; quæ demum oppressus (cunctis prius in utroque statu ritè dispositis) inter psallentium & lachrymantium choros spiritum exhalauit: cuius sacratissimum

Egregius fuit concionator. Veri pastoris officium.

** Nomen loci in Gallia.*

Feliciter decedissimum

Sepelitur in finum corpus octauo ab obitu die Coloniæ
monasterio sedis eius metropolim delatum est, & in B. P.
S. Pantaleo- taleonis, ab eo, vt diximus, constructa honori-
nis. ficè sepultum: atq; hoc epitaphio decoratum

EPITAPHIVM S. BRVNO-
 nis Archiepiscopi Colo-
 niensis.

Fundite corda preces, lachrymosas mittite voces:

Eccè Pater Patria conditus in silice.

Regia progenies, terras memoranda per omnes

Bruno pacificus: vir bonus atq; pius.

Archos Antistes; cui clara Coloma sedes:

Visus erat cunctis charus vbiq; bonis.

Offendit tenebras lux viuacissima terras;

Inuida lingua tacet: laus modò vera placet.

Non fuit hic mundus tam raro munere dignus:

Raptus ab hoc nœuo, iam fruitur Domino.

Idus Octobris quinto præsul duodenus,

Vitæ concessit: spes comes alma fuit.

Vide Tom.
8. Annal. C.
Baron.

VITA S. VVILFRIDI ARCHIEPIS-
 copi Eboracensis: ex historia Ecclesiastica gentis
 Anglorum Bedæ Presbyteri. Migravit è corpore
 Anno salutis 709. Constantini Papa 2. cum se-
 disset annos 45.

12. Octob.
Patria &
paries eius.

BVilfridus Natione Angl^o Regia pro-
 sapia illustris, in ipsa pueritia egregiè
 futuræ sanctitatis dedit specimen: si-
 quidem cum esset bonæ indolis æratem mori-
 bus transiens, ad eò se modèstè & circumspèctè
 in omnibus gerebat, vt à maioribus quasi vnus
 ex ipsis amaretur & veneraretur. Cùm verbò
 quat-